a 1522 ad 1533 = 257 str 197

Petrus Tomicki, Ioanni Choienski archidiacono Cracoviensi, secretario regio.

223

Venerabilis domine frater in Christo charissime. Scripsimus maiestati regiæ literas in commendationem eius causæ, quæ iam pridem inter dominum Nicolaum Glinski, et uxorem relictam olim Nicolai Salomonis de hæreditate vertitur, et ob discordiam iudicum delegatorum finiri et absolvi adhuc non potuit. Vos etiam plurimum rogamus, ut cum cognoveritis rationem desiderij et petitionis nostræ ex literis suæ maiestatis, opera et diligentia vestra adsitis negotio, quantumque in vobis est efficiatis, ut hæc lis per decretum præsens maiestatis aliquo pacto ad finem propius accedat. Quo facietis rem officio vestro dignam, et nobis admodum gratam. Bene valete. Datum